UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Ambrosius Calepi/||nus Bergomates: professor de||uotus ordinis Eremitarum sancti Au/||gustini: Dictionum latinarum e greco || pariter diriuantiu[m]: earu[n]de[m]q[ue] interpre/||tationu[m] collector ...

Calepino, Ambrogio

[Wien], 1512

VD16 VD16 C 227

N Ante E

urn:nbn:de:hbz:466:1-97871

Visual Library

ſtimo hominũ auxilio indigent.

Nautea herba granis nigris qua vtuntur coriarij: vel aqua coriariorum: vel vt No. inquit aqua ex nauis ſentina veniẽs. Plaut. in aſi. Nauteã bibere malim ſi neceſſe ſit ꝗ illã oſcularier. Idẽ. Omniũ vnguẽtorũ odor pre tuo naute eſt.

Nauſea ſtomachi ad vomitũ ex graui odore perturbatio a naui deductũ nomen: ex cuius ſentina mouetur vomitus. Hiero. ad furiam. Vſqꝫ ad nauſeam ſaturata es. Hinc Nauſeoſus a. um. qđ nauſeã inducit. Pli. Radice craſſa madida nauſeoſa.

Nauſeo as. nauſeam habeo ⁊ vomitu infeſtor. Plau. in Am. Laſſus ſum hercle e naui vt vectus ſum huc etiã nũc nauſeo. Cice. Fabio Gallo. Vidit me nauſeantẽ nõ modo mittẽdi cauſã habuiſti: ſed etiã viſendi. Eſt et nauſeor deponẽs. Hiero. Ex hac coturnice ſatiatus iſrael nauſeatur.

Nauſio is. de grano fabe đr cũ naſcendi gratia ſe aperit ꝙ ſit nõ diſſimile nauis figure.

Nauci: putamen nucis ſiue oliue nucleꝰ ſeu mẽbranula ꝗ in nucis iuglandis medio ẽ. Ponit̃ etiã ꝓ eo qđ eſt nihili. Plau. Qui homo timidus nõ erit in rebꝰ dubijs: nauci nõ erit. Dictũ nauci q̃ſi nuci a nuce.

Nauſicaa Alcinoi pheacũ regis filia. Mar. Si mihi nauſicaa patrios cõcederet hortos, Alcinoo poſſem dicere malo meos.

Nauſithous: neptuni filius ⁊ pater Alcinoi.

Naupontus: amnis qui pamportus etiã a Strabone vocat̃. Amnis inquit pamportus ex illirio nauigabilis defert̃ in Sauũ. Et alibi. Iuxta naupontũ amnis eſt. Carcora excipiens cõmercioꝝ onera. Hic in ſauũ ille in drauum delabitur.

Nauaria pars hiſpanie ſeptẽtrionalis que verſus Arcton Vaſconibꝰ adiacet: ad meridiẽ vero Tarraconiam habet regionem.

Naxos inſula in egeo vna ex cycladibus ceteras ſuperans antea Strongyle dicta. Hec Dia poſtea appellata fuit. Verum cũ cares ex lamia profecti duce naxo eã occuparũt a duce naxon appellarũt. Hãc Dionyſiã a vinearũ fertilitate dici ſcribit Pli. Vel qꝛ vt alij volũt: ſole naxie mulieres octauo mẽſe pari: aut quoto ⁊ liber pater natus creditur: ſiue quia fons in ea vino affluat. Diſtat a delo ſeptem milibus. Hinc naxius a. um. Vnde naxius ardor apud Col. quo ſignificat bacchi corone ſydus. Nã vt ferunt poete in inſula naxo relicta Ariadne a Theſeo nuptias cum baccho fecit: donataqꝫ corona iter ſydera relata fuit.

Naçareus cõſecratus dicitur et a naçareth naçarenus chriſtus filius marie de qua Anaſtaſius feruenti oratione dicebat μαριὰ χαιρε οτι υπαρχεισ βασιλεωσ κάθε δρα χαιρε ο τι βασταζεισ τον βαστάζοντα παντα.

N Ante E

Ne dehortatiuũ ſeu prohibitiuũ aduerbiũ eſt. Virg. Tu ne cede malis: ſed cõtra audentior ito. Quandoqꝫ eſt cõiũctio copulatiua ⁊ ponit̃ pro neqꝫ. Cic. Ne dici quidẽ opus eſt q̃ꝫta dimicatione ciuiũ. Quãdoqꝫ adiectiua. Mar. Lex hec carminibus data eſt iocoſis ne poſſint niſi pruriant iuuare. Quãdoqꝫ Rationalis ꝓ ergo. Virg. Me ne incepto deſiſtere victam? Quãdoqꝫ cauſalis. Idem. Ne recipi portis: aut duci in menia poſſit. i. vt non. Quandoqꝫ ponit̃ ꝓ vt. Cice. Curioni. Vt nõ vereremur ne nimis cito mitteremus. Idẽ. Ne amicis nihil tribuamus epulamur. i. etiã vt amicis tribuamus epulamur. Qñqꝫ ſignificat nõ. Terẽ. in An. Ego id agam mihi qui ne det̃. Qñqꝫ nedũ. Idem in eadẽ: Ne vacuũ eſſe nũc me ad narrandũ credas. Plerũqꝫ dubitatiua. Virg. Iuſticie ne prius mirer belli ne laborum. Apud oratores pleruınqꝫ vna ſola eſt ⁊ ſemper in prima parte locatur: vt bonus ne eſt: an malus? Aliquãdo etiam ſic Fundũ mihi nec ne ſit ignoro? Et per interrogationẽ. Cice. Verũ vultis ꝓtori flacco nec ne. i. an non. Quidã ſuperuacuũ addũt alterũ an. Hoc mõ neſcio an bene faciã necne. Quãdoqꝫ confirmatiua. Virg. Tãta ne me tenuit viuẽdi nate voluptas: Vt ꝓ me hoſtili paterer ſuccedere dextre? Quo tñ in loco quidam (quos quantitas reprobat: nã ne illic corripitur vt notũ eſt) exponunt ne ꝓ vtiqꝫ cũ diph. ſcribentes. Quãdoqꝫ interrogatiua eſt. Ter. Ego ne? Tu ergo Quãdoqꝫ habet vim interrogãdi ⁊ dubitãdi ſimul. Idẽ. Datur ne illa hodie Pãphilo nuptũ. Quãdoqꝫ diminutiuã vim habet ⁊ pro ſaltem ponit̃. Sal. Secũde res ſapiẽtiũ animos fatigãt ne illi corruptis moribus victoriã tẽperarent. At ne cum diph. greca dictio eſt: que per ai ſcribitur ⁊ ſignificat valde vehementer nimis. Teren. Faciũt ne intelligendo: vt nihil intelligãt q̃ſi ꝙ qui magis q̃ꝫ opus ſit aliquid vel inquirunt vel ſpeculant̃: in eorũ nũero ſunt habendi qui nihil intelligunt. Aliquando ſignificat certe vel vtiqꝫ profecto: vel ita: vel etiã. Et hoc ꝑ ironiã. Cic. Curio. Incredibile q̃ꝫ turpiter mihi facere videar q̃ his rebus interſim ne tu videris multo ante prouidiſſe quid impenderet. Idẽ Treb. Ne ego multo libentius emerim diuerſoriũ Terracine. Idẽ. Ne illi vehementer errãt. Affirmat eñ illos vehemẽter errare. Hora. Clarus erit fortis iuſtus ſapiẽs ne etiã rex. Cõpoſita a ne aduerbio negãdi ſunt. Nec neqꝫ neqꝫ cũ eius deriuatiuis nequicq̃ꝫ/neutiq̃ꝫ/ nequaq̃ꝫ/ necubi/nedũ: et alia. Sciendũ ꝙ recte dicit̃: Vereor ne hic moriatur: vel vt moriatur: vel vt ne moriatur: pro vt non moriatur. Hiero. in gñ. Timeo ne putet me ſibi voluiſſe illudere. Cice. Metuo vt ne pereat. Terẽ. Apprime in vita vtile: vt ne quid nimis? ꝓ vt nõ vt quid. Preterea inter ne ⁊ quidẽ ſemꝑ inter aliquid interponẽdũ eſt: et tũc ſignificat nec.

Ne viuam iurantis eſt. i. moriar. Cice. Sed ne viuam tibi concedo.

Nea inſula. Pli. lib. ij. de inſulis enatis: inter Lemnũ ⁊ Helleſpontũ Nea.

Neapolis ciuitas quã Chalcidenſes cõdiderũt q̃ſi noua ciuitas. Parthenope a tumulo ſyrenis appellata. Suidas. νεαπολισ πολισ ιταλικη διασημοσ ην η παρθενοπησ ιδρυσαισ ειρηνοσ αγαλμα πολλαι δε και αλλαι νεαπολεισ.

Nebula ſic differt a nube: ꝙ nebula vapor ſit e terra atqꝫ aquis ſurgens que ſiue ſtatim euaneſcit: ſiue in altum ſublata conuertitur in nubem nubes quocunqꝫ tempore fieri poſſunt. Nebule nec eſtate calida: nec nimio frigore exiſtunt.

Nebularium edificium a ſubijcienda meſſe per nubilũ tempus.

Nebulones et tenebriones dicti ſunt nugatores vani nullius precij hoies qui mẽdacijs ⁊ aſtutijs ſuis nebulam quandã et tenebras obijciãt: vel ꝙ ad fugam fugitiuis nebule ſunt accõmodate. Lucil. Nugator quidã ac nebulo fit maximus multo.

Nebrides penul. cor. damarũ ſeu ceruoꝝ pelles quibꝰ vti veteres in bacchi ſacris ſolebant νεβροσ enim dama ſeu ceruus eſt.

Nebrodes mõs i ſicilia cui damarũ copia nomẽ dedit.

Nec et neqꝫ cõiunctiões diſtincte: vt nec vel neqꝫ lego: nec ſcribo. Nõnũqꝫ ſignificat nõ: vt nec video quorſum res euadat: ſed differunt ꝙ non negat ſolum: nec et neqꝫ negant ⁊ copulant. Aliquando ſaltem: vt nec quidẽ punctum temporis. Reſoluitur interdũ in copulatiuã ⁊ vt non feci hoc nec facerem. i. et nõ facerẽ Sed ſi ſequatur eñ vim ſimplicis negationis habet vt nec eñ id facerem. i. nõ eñ id facerem. Quãdoqꝫ

ſignificat etiã. Quint. Perſolui gratia nõ poteſt: nec malo patri .i. etiam malo patri. Factũ eſt autẽ Nec a neqꝫ per apocopen extremarũ vocaliũ. Et quia in fine ſyllabę .q. ſcribi non poterat tranſiuit in c. Nam c. et q. affines litterę ſunt.

Neceſſe ſiue neceſſum dicitur quod vi aliqua cogente fieri opus eſt a ceſſo verbo deductum: quia non ſit in eo ceſſandũ. Et declinantur hic ⁊ hęc neceſſis et hoc neceſſe: et neceſſus a. um. a quo Neceſſitas: neceſſitudo: neceſſarius.

Neceſſitas vis ipa quę cogit: vt neceſſitas mihi incum/bit eundi mutinam. Aliquando appellatione neceſ/ſitatis ius quoddã ⁊ vinculũ religioſe cõiunctionis familiaritatiſve ſignificatur. Cęſar. Equidẽ mihi vi/deor pro noſtra neceſſitate nõ labore: non opera: nõ induſtria defuiſſe. Significat enĩ hic cõiunctionẽ vel amoris hoc eſt affinitatẽ vel ſtrictã amicitiã. Idẽ ſi/gnificat neceſſitudo. Sal. in Iug. Coactus rerũ ne/ceſſitudine ſtatuit armis certare. Cice. Ho ait ſibi cũ equitibus romanis neceſſitudinẽ eſſe. Aliqñ neceſſi/tudo ponit̃ pro neceſſario .i. cognato vl' affine. Sue. in Augu. Remiſit tamen hoſti iudicato neceſſitudi/nes amicoſqꝫ omnes.

Neceſſitudo. Vide in dictione neceſſitas.

Neceſſarius a. um. dicit̃ illud ſine quo fieri non poteſt: vt neceſſarius eſt mihi aductus tuus. Hinc fit neceſ/ſario aduerbiũ.

Neceſſarij dicuntur cognati vel affines vel amici et hi quibꝰ vti familiariter ſolemus: ꝙ nulla inter eos ceſ/ſatio .i. ſeparatio ſit: vel ꝙ neceſſaria inter eos officia conferantur.

Neco as. aui. atum. ferro interimo. Liui. lib. j. Obru/tam armis necauere. Neco as. cui. ctũ. al's ui. Dio. Neco cui verũtamẽ ⁊ necaui legimꝰ vt nectus ⁊ ne/catus. Et hoc differre volunt necui quaſi ſuffocaui: necaui quaſi ferro occidi. Vñ necẽ cedẽ appellamus Sic et Priſ. ſentit. Sꝫ ambo fallunt̃: qñ quidẽ oſten/dere licet necaui et necatus de quacũqꝫ morte dici. Aug. lib. j. de ci. dei. Oẽs enĩ quos fames necauit malis vitę huiꝰ ſicut morbꝰ corporis eripuit. Quos aũt nõ necauit: docuit partius viuere: docuit produ/ctiꝰ ieiunare. Quint. lib. iij. Hinc adulter loris ceſus aut famę necatꝰ. Cice. lib. iij. ad heren. Si accuſator dixerit ab re hoiem veneno necatũ. Nec de hoie tñ dr̃ ſed de alijs q̃qꝫ. Col. lib. ij. Sic oẽs radices herba/rũ prerupte necant̃. Nectus tñ ſemper ſine ferro di/citur. Liui. li. xxj. Famę / frigore / illuuie / ſqualore / ene/cta. Huius verbi cõpoſita ſũt Eneco ſuffoco. Plau. in aſi. Puer ãbos angues enecat. Hora. li. j. epl'arũ Spem mentita ſeges: bos eſt enectus arãdo. Inter neco ⁊ perneco. Et habent penul. cor.

Necromantia penul. acuta: diuinatio quę fit per cada/uera vt apud Luca. Cũ mortuꝰ ſuſcitatꝰ euentũ belli pharſalici. Sex. Pompeio p̃dixit νεκροσ enĩ mor/tuus dr̃: necron cadauer: necroſis mortificatio μαν/τειν diuinatio. vnde Stra. ſigna fictilia quę corintho euerſa romã impleuere necrocorinthios .i. corinthi/orũ defunctos vocata ſcribit.

Necromantici ſunt quorũ incantamentis vident̃ reſuſ/citari mortui: horum ſacrorũ .10 ſunt genera Necy/omantia ⁊ Sciomantia: necyomantia ad eleuandũ cadauer ſanguis eſt neceſſarius. In ſciomantia vm/bre tantũ eſt euocatio.

Necto is. nexui: et xi. xum. ligo iungo. Virg. lib. v. Et paribus palmas amborũ innexuit armis. Proper. At tibi qui noſtro nexiſti retia lecto. Huiꝰ compoſi/ta ſunt Annecto quod eſt ad aliquid necto: ſiue iuxta necto: ſubiũgo. Hier. ad Dama. Quod mihi videt̃ annexui .i. ſubiunxi. Col. lib. v. At ſi regiõis conditio permittit de veteribus haſtilia quibus annectantur ſingula tranſuerſę perticę alligent̃. Connecto ſimul necto. Idẽ in eodem. Eaqꝫ vel ſaligneis perticis vel cõpluribus quaſi faſciculis arundinũ connectuntur. Innecto intus necto cateno. Clau. lib. ij. Mutuaqꝫ alternis innectite colla lacert. i. cõplectimini. Inter/necto. Virg. li. viij. Ut fibula crinẽ auro internectat lyciã vt gerat ipſa pharetrã. Obnecto obligo: ſubne/cto ſubiũgo. Virg. Aurea ſubnectẽs exerte cingula mãme.

Nectar grecũ eſt: et deorũ potio dici poteſt. Quo etiã noie immortalitas deſignat̃ ab νε qđ pri/uationẽ ſignificat et κτερω occido. Inde fit nectare/us. a. um. pro diuino ⁊ immortali.

Necubi: pro ne alicubi .i. vt nõ in aliquo loco: et ſemꝑ duo verba poſtulat: vt iuſſi necubi mihi preſto ſis: id eſt ne in vllo loco ſis.

Necunde .i. ne ex aliquo loco.

Necyia quaſi mortuaria reſqꝫ funebris ⁊ ad mortuos pertinẽs. Eſt enĩ euocatio maniũ quę ⁊ necyomãtia quaſi diuinatio per mortuũ dicit̃. Apud Homerũ in odis. Ab vliſſe euocatio maniũ ſacro magico in ſcro/be ꝓcurato νεκυσ grece: latine mortuus.

Nedum: ſignificat non ſolum: et duobus modis accipi ſolet. Vno cũ vtrãqꝫ ſententiã eodẽ claudimus ver/bo: vt funderẽ pro te ſanguinẽ nedũ pecuniã. Altero cũ ſuum vtriqꝫ ſententię verbũ accommodamus: vt funderẽ pro te ſanguinẽ nedũ tibi pecuniã crederem Negatiue ſic. Non funderẽ pro te obulũ: nedũ ꝓ te ſangiunẽ non funderem.

Nefarij: ſcęleſti ſacrilegi: a farre deductũ nomẽ quo ſce/lerati quaſi vita vti nõ debẽt. Et inde qui indigni ſũt vt viuãt nefarij vocantur. Quidã etiã a faris verbo deriuant. Aſco. ſcribit nefariũ qđ ſacra polluit farre pio ſolita celebrari ergo nefarij ſacrilegi.

Nefandus a. um. et nefans nefantis qđ non eſt fandũ a nefas ꝙ ne fari quidẽ liceat. Luci. lib. vij. Tantalꝰ qui pęnas ob facta nefantia luit.

Nefrendes dicunt̃ a Varrone porci qui noie lactentis amiſſo nondũ fabã frendere poſſunt .i. frangere.

Negligo is. pe. cor. xi. ctum: contemno nõ curo: quaſi ne legere quidẽ nec videre dignor. Teren. in Adel. Pecuniã in loco negligere maximũ interdum eſt lu/crũ. Hinc negligentia ⁊ neglectus us. ꝓ cõtemptu. Idẽ in heau. Hęc res neutiqꝫ neglectui eſt mihi.

Nego as. ex non et ago pro dico cõpoſitũ eſt licet etiã de factis dicat̃: vt apud apoſtolũ. Confitent̃ ſe noſſe deũ factis autẽ negãt. Huiꝰ cõpoſita ſunt: Abnego: Denego: Pernego: quod eſt ꝑfecte nego. Plau. in aſi. Vbi creditũ qđ tibi ſit datũ eſſe ꝑnegaris. Sub/nego aliquãtũ nego. Cice. Treba. Verũtamẽ quod p̃ſenti tibi ꝓbe ſubnegarent: et habent. pe. cor.

Negatio poſtpoſita negationi non ſemper habet vim affirmandi: ſed magis negandi cum altera pro vni/uerſali ponit̃ et particulares ſequũtur. Hoc modo. Nullas accepi a te litteras nec breues nec ꝓlixas. Virg. Nulla neqꝫ amnẽ libauit quadrupes nec gra/minis attigit herbã. Itẽ vna ſola negatio poſtpoſita negatiõi negat: ita tñ vt ſequẽs iũgat̃ cũ quidẽ. Cic. Lentulo neqꝫ errarẽt ne aduerſarij q̃dẽ. Et ſi dixero. Non tibi hoc ꝑſuaderet ne deus quidẽ: ſubaudit̃ enĩ alia negatiõis pars ſic. Nõ tibi hoc ꝑſuaderet aliq̃s Deinde ad maiꝰ ſignificatũ ſubiũgo ne deꝰ quidẽ cui oino eſt credendũ. Interdũ etiã ſine quidẽ duę nega/tiones negãt cũ vna ꝑticularis obmittit̃. Ter. Agrũ in his regionibꝰ meliorẽ: neqꝫ p̃cij maioris nemo ha/bet: ſubaudit̃ enĩ neqꝫ meliorẽ. Var. li. iij. de vi. pa. oſtẽdit duas negatiuas pro vna accipiẽdas cũ dixit Qua abſtinẽtia viri mulieresqꝫ romanę fuerint ꝙ a rege munera eorũ noluerit nemo accipere. Si autẽ duobꝰ verbis aut poſitis aut intellect addant̃ duę negatiue nõ dubiũ eſt quin negent. Vt nec me ames

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

nec mihi credis. Intellect⁹ ſic. Nec ỽtuti ſtudes nec litteris. ſ. ſtudes. Tres negationes ꝓ vna ponũtur. Terẽ. Neq₃ haud dicas tibi non ꝑdictũ. Aliqñ etiã ꝑpoſitiões negãt etiã grece vñ Ariſtophanes comicus ωσ αργαλεωρ ωξευ και θεοιδουλορ γενεσθαι παρα φρονουρτοσ δεσποτου.

Negatiuus a.u.m. quod negat: vt dictio negatiua.

Negociũ a nec ⁊ ociũ fit: quaſi nõ ocium: hoc eſt opus ſicut a nec ⁊ lego: negligo: et c. vertitur in g. ſicut in quingenti cõui a a centũ componat. Et accipitur pro occupatione vt Et ſi negocijs familiarib⁹ impediti. Aliqñ ꝓ eo quod vernacula lingua dicim⁹ laimpreſa. Ceſar lib. ij. cõ. Ipſe cũ p̃mũ pabuli copia eſſe inciperet ad exercitum venit: dat negocium ſenonibus reliquiſq₃ gallis qui finitimi belgis erant vti ea que apud eos gerant cognoſcant. Aliqñ pro labore opere. Cice. Cornifi. Et ſi periniquo patiebar animo te a me digredi: tñ eo te me cõſolabar: ꝙ ⁊ in ſummũ etiã ociũ te ire arbitrabar: et ab impẽdẽtib⁹ magnis negocijs diſcedere. Item fabio. Adhibui diligentiã quotiẽs ſenatus fuit vt adeſſem plurimũq₃ in eo negocij habui. Aliqñ ꝓ cura moleſtia ſolicitudine. Ter. Poeta cũ primũ animũ ad ſcribendũ appulit id ſibi negocij credidit ſolũ dari: populo vt placerent quas feciſſet fabulas. Do. modo pro moleſtia ⁊ cura non labore. Cice. Cũ eſt allatũ ad nos de temeritate coꝝ qui tibi negociũ faceſſerẽt. Aug. lib. xij. de ci. dei. Sꝫ cũ his nullũ nobis eſt in his libris negociũ qui diuinã mentẽ facere vel curare iſta nõ credũt. Ita poſuit ac ſi dixiſſet: nolo mihi rẽ eſſe. Itẽ negociũ dr̃ factũ de quo queſtio. Et negocij remediũ ẽ. Plau. in cap. Neq₃ de hac re negociũ eſt quin male occidã.

Negocioſus a. um. qđ eſt negocijs plenũ. Sal. Prudentiſſimus quiſq₃ maxime negocioſus erat.

Negocialis ad negocium pertinet. Cicero. Hec conſtitutio partes duas videtur habere. Iudicialem ⁊ negocialem.

Negocior aris. negocia exerceo ⁊ mercature operam do. Cic. lib. iij. offi. Cũ ſe ſyracuſas ociandi cauſa nõ negociandi cõtuliſſet. Idẽ. Ser. ſulpitio. M. Curi⁹ qui patras negociať .i. mercature operã dat. Hinc negociator q̃ in alioꝝ negocijs ſe exercet. Vñ labeo negociatores ſerui videnť qui ꝑpoſiti ſunt negocijs exercendi cauſa veluti q̃ ad emẽdũ aut loquẽdũ ⁊ cõducendũ ꝑpoſiti ſũt. Negociationẽ ꝓ mercatura poſuit. Col. li. j. Hec eñ negotiatio curã villici auocat.

Neleus: nomen ꝓpriũ patris neſtoris.

Nemeſis pe. cor. nomen cuiuſdã dee: que facinoroſos ⁊ delinquẽtes punire putabať: vt ex Catullo ⁊ Auſonio licet intelligi. Inſuper eadem ferť remuneratrix benefactorũ. Vñ apud Stra. lib. xiij. Eſt dea quã nemeſim dicunt dea magna potenſq₃ q̃ bona celeſtium cõceſſu cũcta deorũ poſſidet. Hanc quidã fortunam dixerũt cui primus adraſtus rex templum edificauit. Romani quoq₃ huic dee tẽpla dicauere ſtulti q̃ ſubſtantiã aliquã fortunã putarunt regnorũ atq₃ opum diſpenſatricẽ q̃ ſolius dei nutu huc atq₃ illuc transferũť. Hoc etiã noĩe dicta fuit Tibulli amica Suidas νεμεσισ η δικη μεμψισ υβρισ φθονοσ τυχη βαβριοσ φησιεν μυθικοισ και αιδιανοσ νεμεσ εωσ εφορου τροπουσ υπεροπτασ και υπεριφανουσ κολαζουσ ησ εραγη μαρτυρια.

Nemo tñ ad hoĩes referť: nullus generaliť ad omĩa: vt nullus hõ: nullus lapis: nemo ꝓprie dr̃ nec homo. Et cũ ſit generis cõis poniť qñq₃ pro nullus. Caduceatori nemo homo nocet. Cice. Hominẽ quidẽ ſcire arbitror neminem. Sal. Quo nemo vir melior nec preſtantior. Non ergo nemo idẽ eſt quod nullus homo. Sic eñ fruſtra iungereť homo. Nõnunq₃ tñ a poetis nemo diuũ diciť ꝑ acyrologiã. Virg. Turne quod optanti diuũ ꝓmittere nemo auderet. Nõnunq₃ etiã de feminis diciť. Terẽ. Hoc ſcio vnũ ego neminẽ peperiſſe hic.

Nempe aduerbiũ confirmantis: quod aliquando cum interrogatiõe ponitur. Aliquando ſine interrogatione. Cice. Apud quẽ hec dico? Nempe apud eũ qui cũ hoc ſciret me tñ anteq₃ vidit reip. reddidi. Quint. Nempe eñ ĩ hoc plurimũ labori exhauſim⁹ vt rhetoricã oſtenderemus: bene dicendi ſcientiã ⁊ vtilem et artem ⁊ virtutem eſſe.

Nemee ſylua inter Cleonas et Philontẽ in qua Argiui ob herculis memoriam Nemea ſacra celebrare conſueuerunt. Hinc omnis regio nemea diciť. Nemee etiam fons et mons. Virg. Et vaſtum nemee ſub rupe leonem.

Nemus ꝓprie diciť qđ voluptatis cauſa cõparatũ eſt ⁊ plenũ amenitatis απο του νεμω paſco ꝙ in eo greges atq₃ armenta depaſci ſolent. Hinc Nemorale adiectiuũ: vt vmbra nemoralis. Nemorenſe idem qđ nemorale vt nemorenſis ager: et nemorenſis rex qui Diane Aricine ſacrificijs ꝑerat. Sue. Nemorẽſi regi ꝙ multos iã annos potireť ſacerdotio ⁊ validiorẽ aduerſariũ ſubornauit.

Nenia e. et Nenia orum. vt eſt apud Ouidiũ libro. vj. Faſto. grecum nomen eſt ab eo deductũ quod eſt νειατον .i. vltimũ. Erat enim vltimũ quod defunctis caneretur: carmẽ qđ in funere lauandi gratia cantať ad tibiam ante cadauer ſepultũ. Alio nomine Epicedium ſiue Monodia a grecis dicitur Dio. Apud romanos id carmen quod cũ lamentatione extremum atq₃ vltimũ mortuo adcanitur nenia dicitur. Acron vero docet eſſe factitium nomẽ a ſimilitudine vocis eorum qui querunť ⁊ dolent. Quintill. lib. vij. Tertius eſt diuerſus tranſlationis modus cum res cõis pluribus in vno aliquo habet nomen eximiũ vt carmen funebre proprie nenia dicitur. Improprie tamẽ accipiť pro ineptia cuiuſlibet cãtus aut ſermõis. Sic Hiero. contra Ruf. Niſi forte non fuit in ꝑſentiarũ qui tuas emendaret nenias. Hoc carmen Simonides poeta lyricus primus inſtituiſſe dicitur. Sidonius pro epitaphio poſuit cũ ait: Nenia marmori inciſa per hendecaſyllabos.

Neo es. eui. etum. nui diceremus: ſed a Nuo is. eſſe videreť ſignificat filũ torqueo. Iuſti. lib. j. Inuenit eũ inter ſcortorũ greges purpurã colo nentẽ. Pli. Superq₃ omĩa netur ac texit lane mõ ⁊ ſine lana. Hinc Perneo compoſitum.

Neos grece nouus latine: a quo multa deducunť.

Neogamus pe. cor. nouus nuptus.

Neotericus: recentior νεοτερον recentiorem dicunt.

Neotericoteron nouũ vocabulũ.

Neoſtrophus nuper tortus.

Neophitus penultima correpta nouellus quaſi nouũ germen: noua planta. φυτον enim planta dicitur. Hieronymus contra Luciferinum. Neſcis ⁊ laicos ⁊ clericos vnũ habere chriſtum: nec aliũ neophytis: alium epiſcobis eſſe deum.

Neoptolemus penulti. cor. nouus miles: neos eñ nouus ptolemus miles. Quo nomine dictus eſt Pyrrhus Achillis filius.

Neomenia penul. acuta: latine nouilunium: vel prima dies lune: aut menſis νεοσ nouus μηνια menſtrua hoc eſt luna: ab μηνη qui menſis diciť: ꝙ ſingulis menſibus a mulieribus defluant.

Nepa: vel nepes more greco ſcorpiũ ſignificat. Plau. Dabo me ad parietem imitabor nepam. Cice. lib. v. de fi. Serpere anguiculos: natare anaticulas volare merulas: cornibus vti videas boues: nepas aculeis ſuã cuiq₃ naturã eſſe ad viuendum ducem.

Nepos qui ex filio filiave natus eſt: ꝙ natus poſt ſiẽ

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

patri: ꝙ̃ filius. Cuius relatiuum eſt Auus. Et ſicut
ꝓauus eſt aui paterni vel materni pater: item auie
paterne vel materne pater. Ita eius relatiuũ eſt pro
nepos. A quo femininũ proneptis: vt a nepos nep/
tis. Et a proauo femininũ proauia. et Abauus ꝓaui
paterni vel materni pater: item proauie paterne vel
materne pater a quo abauia relatiuumq́ꝫ eius abne/
pos: a quo abneptis. et Atauus abaui pater dictus
quaſi terti⁹ pater: a quo Tritauia: et relatiuũ Atne/
pos et Trinepos a q̊ Atneptis ⁊ Trineptis. Aliqñ
nepos dr̃ fratris vel ſororis filius. Ad cuius differẽ/
tiã dicimus: hic eſt mihi ex fratre ſeu ex ſorore nepos
Qui vero poſt trinepotẽ ſunt: minores dicunẽ: ſicut
poſt tritauos maiores. Qñq́ꝫ nepotes poſteri vocã/
tur. Virg. Forte recẽſebat numerũ caroſq́ꝫ nepotes
id eſt poſteros ac deſcendentes. Itẽ nepotes appel/
lanẽ ꝯſumptores a nepa q̇ vt Pli. inq̇t deuorat oẽs
filios vno ſolũ ſaluo. Siue dicunẽ luxurioſe vitę ho/
mines ꝙ non aliẽ his rei ſue familiaris cura ſit ꝙ̃ ijs
quib⁹ pr̃ ⁊ auus viuũt. Hor. Vincit eñ ſtultos ratio
inſanire nepotes. Vñ nepotari qđ eſt luxurioſe ⁊ ꝓ/
dige viuere. et Nepotatus vitę luxuries. Tertul. in
apolegetico. Ariſtippus in purpura nepotaẽ. Nepo
tulus dimi. eſt. Suidas tamẽ ευ νεποδεσ νεπωσ
νεπωτοσ εθνικον και οροσ δε ανυδρου ονο
μα παρα το νεωτεριτικον και του πωμιπω
σω και τουσ παλαιουσ δε ου δη δαλη ου
κεσι πιειν.

Neptis que ex filio filia ve nata eſt. Eſt eñ fę. a nepos.

Nepotor: luxurioſe ⁊ prodige viuo. Hinc nepotatus
us. de q̊ mõ Affra. Scurrilitate ac nepotatu nobilis

Nephritis renum paſſio: ſeu morbus qui inter acutos
numeraẽ. νεφροσ eñ dr̃. Vnde nephretici q̇ renũ
morbo laborãt: vt eſt apud hippo. et galenũ.

Neptunus Saturni ⁊ opis filius maris deus dict⁹ eſt
a nando mutatis litteris primis vt inquit Cice. lib.
de natura deoꝝ. vel vt Varroni placet a nubendo ꝙ
vt cęlum nubes: ita mare terras tegat. Hinc Neptu
nus a. um. poſſeſſiuũ. Neptunalia neptuni ſacra quę
et Salatia a ſale dicunẽ.

Nequãdo ne vllo tpe: ſicut Si quando aliquo tẽpore.

Nequaq́ꝫ aduerbiũ negandi: ſignificat eñ non.

Nequã nomẽ indeclinabile: quod apud veteres ſigni/
ficabat hoiem nullius precij: ꝙ ne tanti quidẽ ſit ꝙ̃ti
quod habeẽ nummi. Cypria. Nequã homo de neq́ꝫ
theſauro emittit neq́ꝫ. Vñ et a quibuſdã ꝯtrariũ po/
niẽ frugi: vt in ea dictione dictũ eſt. Poſtea inualuit
vſus vt denotaret hoiez laſciuũ ac libidinoſũ. Var.
Neq́ꝫ ex ne ⁊ quicq́ꝫ media ſyllaba extrita componi
oſtẽdit. lib. de lin. la. Quidã a nequeo: ꝙ nihil queat
nulliq́ꝫ rei ſit apt⁹. Caper docet neq́ꝫ ſignare nõ ma/
lum ſed inutile. Feſtus vero peiorẽ ꝙ̃ crediẽ eſſe. A
neq́ꝫ fit nequior: et nequiſſimus. Col. Nulla ẽ vel ne/
quiſſimi hois amplior cuſtodia ꝙ̃ quotidiana opis
exactio. Nã illud verum. M. Catonis oraculũ nihil
agendo homines male agere diſcunt.

Nequitia: vitiũ eſt quod cetera omnia complectiẽ. Eſt
eñ frugalitati oppoſita: quę omnes in ſe cõtinet vir/
tutes. Vt eñ frugi a fruge. i. a fructu ꝓpter quandã
animoꝝ fecũditatem ita nequitia a ſterilitate hoc eſt
a nihilo noiata eſt. Nihil eſt eñ omne qđ fluit: quod
ſoluiẽ quod liqueſcit ⁊ quod ſemꝑ perit. Ideo tales
hoies etiã ꝑditos dicimus. Eſt autẽ aliquid ſi manet
ſi conſtat ſi ſemper tale eſt vt eſt virtus cuius magna
pars eſt atq́ꝫ pulcherrima q̄ temperãtia ⁊ frugilitas
dr̃. Sępe tñ ꝓ laſciuia ⁊ libidinoſa illecebra ſiue pro
luxu vitę prodigo atq́ꝫ effuſo. Aphrican⁹ ſcripſit ma/
la probra flagitia q̄ hoies faciũt in duab⁹ rebus eſſe
malicia: et nequicia. Vbi nequiciã intelligi vult luxũ
vitę prodigũ ⁊ effuſionẽ immodicã pecuniarũ. Cice.
in Ver. Ex mulierũ morſu veſtigia libidinis atq́ꝫ ne/
quitię hinc nequiter aduerbiũ cũ nequitia.

Nequicq́ꝫ aduer. ſ̄cat nõ. Virg. Ne quicq́ꝫ pinguis pa
leę teret area culmos. Itẽ capiẽ pro fruſtra: vt idẽ li.
vj. Ter ſaxea tẽtat limina nequicq́ꝫ Idem Aeneid. ij.
Arma diu ſenior deſueta trementib⁹ euo. Circũdat
neq̇cq́ꝫ humer⁹. Neq̄lia ſũt detrimẽta

Nequa aduerbiũ: ſignificat ne per aliquẽ locum.

Nequis: ex ne ⁊ quis per ne aliquis: hoc eſt vt nullus.

Nequid nimis. Sentẽtia peruulgata. Cui deeſt agas.
Terẽ. in an. Nã id arbitror in vita apprime eſſe vtile
vt nequid nimis. i. nequid agas nimis.

Nequino as. modo laſciuio: modo nego.

Nequinũ oppidũ qđ nũc narnia dr̃ ob incolarũ libidi/
noſam inertiã. A quo nequinates q̇ nũc narnienſes.

Nero: vt Gel. lib. xx. verbũ ſabinũ eſt quo ſignificatur
virtus ⁊ fortitudo. Itaq́ꝫ ex claudijs a ſabinis oriun/
dos accepim⁹: qui erat regia ac preſtanti fortitudine
Nero appellatus eſt. Sabini autẽ id nomẽ a grecis
accepiſſe videntur qui vincula ⁊ firmamenta mẽbro/
rum νειρα dicũt nr̃i neruos: hoc noie dict⁹ eſt impe
rator romanorũ qui omniũ quos terra ſuſtulit crude
liſſimus fuit: hinc ꝓpriũ nomen in appellatiuũ cõmu/
tatũ eſt: vt nerones nunc crudeles: ⁊ n eroniores cru
deliores dicimus.

Nerulũ oppidũ in lucanis qđ vi captũ fuiſſe repentino
aduentu Aemiliũ protulit Liui. lib. ix. Inde Neru/
lonenſes dicti ſunt. Sue. in aug. Manibus colybo
decoloratis nerulonenſis menſarij.

Nerulani ꝑl̃i in latio iuxta romã q̊ꝝ meminit pli. li. iij.

Nereus maris eſt oceani et tethyos filius. Et ꝓ mari
ponitur. Inde nereides.

Nereides penul. correp. patronymicũ: fuerunt maris
nymphę humanã effigiem habentes quoꝝ noia ſunt
Nyſeę et Cymothoę.

Neritũ ſiue neritos pe. cor. Inſula eſt ſeu oppidũ in ea
qđ Leucas vocabaẽ vt Sta. et Pli. ſcribũt.. Virg.
Et neritos ardua ſaxis.

Neruuij fuerũt ppl̃i inter belgas maxime feri magne
virtutis hoies de quib⁹ Cęſar lib. ij. con. meminit.

Neruus notę ſignificationis: q̄le eſt illud in Iob. Oſſi
bus et neruis compegiſti me: hi a corde originẽ ha/
bẽt: vt docet Ariſtoteles. Alij a cerebro oriri dicũt.
Inde ſubneruo as. quod eſt neruos incido. Hiero.
in Ioſue: Equos eoꝝ ſubneruabis. Poniẽ quãdoq́ꝫ
neruus ꝓ robore ⁊ viribus: In neruis eñ robur pe/
culiariter exiſtit. Vñ dicim⁹ rẽ eſſe ſine neruis ꝙ de/
bilis eſt. Hor. Sine neruis altera quicq̇d compoſuiẽ
pars eſſe putat. Terẽ. Vbi tu neruos intendas. hinc
Ci. neruos reip. appellat milites claſſes ⁊ vectigalia
Neruus etiam vinculi genus eſt quo pedes aut cer/
uices impediunẽ. Ex quo eſt illud Catõis Fures pri/
uatorũ furtorũ in neruo atq́ꝫ in compedibus ętatem
agunt: fures publici in auro taq́ꝫ in purpura. Plau.
in aul. Neruos catenas numelas pedicas: boicas.
Diciẽ et neruũ neu. gene. Hiero. in Hiere. Et miſit
eũ in neruũ qđ erat in porta beniamin ſuperiori. Itẽ
nerui dicũtur chordę cytharę. Cice. lib. j. tuſ. Sum/
mã eruditionẽ greci ſitã cenſebant in neruoꝝ vocũq́ꝫ
cantib⁹. Proper. Hęc carmina neruis aptat. Hę ſi/
militer dicunẽ neruię: qm̃ ex neruis fiant. Et neruus
mẽbrũ virile. Iuue. Menſura incognita nerui.

Neruoſus a. um. quod multos habet neruos. Cice. li.
iij. offi. ꝑ tranſlationẽ dixit. Neruoſius qui iſta diſſe/
runt ſolũ audent malũ dicere id qđ turpe ſit.

Neruiceus a. um. qđ ex neruo. Hiero. in lib. Iudicũ.
Si ſeptem neruiceis funibus necdum ſiccis ligatus
fuero: infirmus ero.

Neruię ſunt fidiculę tanq́ꝫ ex neruis concinnatę. i. chor
dę cytharę. Hinc apud auctores legimus neruias in

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſtdibus brumali die alias digitis pelli: alias ſonare.

Neruicus dicit̃ qui neruis laborat. Vict. li. iiij. Aque Neruicos et podagricos efficiũt: ſulphuroſi fontes neruorũ labores reficiunt.

Neurobate. pe. cor. q̃ omnifariã prorepũt q̃ ambulant ſup neruos ⁊ funes neruiceos ταρειρα greci neruos dicũt. Jul. Firmicus lib. vij. matheſeos. Cũ teſtimonio ſto martis ⁊ lunę erũt funãbuli olibate neurobate occident. hos Jul. ma[illegible]rnus olibatas Capitolin⁹ ſto Euribatas appellat [illegible] late aſcendentes.

Neſa regio mõtana iuxta etnã. Neſus thracię fluuius.

Neſium: inſula in campano littore inter panſilypum ⁊ putelos quę alio noie dr̃ neſis. Luc. Tali ſpiramine neſis: huius nois obliquos ꝓduxit. Papi. Siluaq̃ quę fixã pelago neſida coronat.

Neſſotrophion locus vbi anates clauſę paſcunt̃: neſſi enim anates a grecis dicuntur. Colu. lib. ix. Media deinde parte neſſotrophij lacus defoditur in duos pedes altitudinis.

Neſcio is. ignoro non cognoſco: ex ne ⁊ ſcio. Auguſti. Phariſeus qui inuitauerat dominũ ieſum: putauit dñm neſciſſe mulierem.

Neſcius qui ignorat ⁊ qui ignoratur.

Neu apocopatũ eſt a neue: idemq̃ ſignificat qđ neue: id eſt ne etiã. Virg. Neu ſegnes iaceant terrę.

Neue modo ſignificat ne etiã: modo vel vt non. Cice. Neue: vaſtius ſyllabę deducant̃ hoc eſt: vel non vaſtius deducantur.

Ne vnq̃ ſignificat nullo modo.

Neutiq̃: vna ps orationis: et ſignificat nequaq̃: Terẽ. in an. Ego charine neutiq̃ officiũ liberi eſſe hois puto cũ is nihil mereat̃ poſtulare gratię apponi ſibi.

Neutiq̃: non nimis/ vel non valde/ vel nullo modo: hꝫ eñi aliq̃d aſſertionis. Terẽ. in hecy. In hac vſq̃ illud viſum eſt pamphilo neutiq̃ graue.

Neuus: carũcula eminẽs paululũ in qua ſępe ſunt pili et naturalis eſt. Nam cũ homine naſcitur ⁊ plerũq̃ ſuccreſcit. Hora. li. j. Ser. Egregio inſperſos reprẽdas corpore neuos.

Neuolo is. neuult quaſi nõ volo. Plau. Filiã meã tibi deſponſatã eſſe audio niſi tu neuis.

Neuter a. um. neutri tre. neutri. Sic vter nullus ſolus alter ⁊ huiuſmodi. Terẽ. in an. Tam iners tam nulli cõſilij: ꝓ nullius. Et eſt neuter vtriq̃ cõtrariũ: ſignificatq̃ nec hic nec ille. In quo aduertendũ eſt: ꝙ dicimus neuter alterũ: nõ autẽ neuter neutrũ. Nã ſi ita dicamus: neuter alterũ diligit: hoc ſignificam⁹ neq̃ ille hunc diligit: neq̃ hic illũ. Quod ſi neuter neutrũ diceremus: ſignificarem⁹ nec ſe quidẽ ipſum vtrũq̃ diligere. Neutro aduerbiũ ſignificat: nec ad vnã ptẽ nec ad aliã vt. Et neutro inclinata ſpe torpebat

Neuri populi ſcythię europę.

Neutralis: et hoc neutrale quod eſt neutri⁹ partis. Vñ neutralia verba dicta ſunt q̃ neq̃ agunt aliquid: nec patiunt̃: vt ſto/ iaceo/ cubo/ ſedeo: hęc in nulla actiõe in nulla paſſione: ſunt alia neutralia ab vſu dicta quę habent actionẽ ſed paſſionẽ nullã vt certo habet actionẽ: ſed nõ dicimus certor: pugno: cęno. Alia ſunt q̃ patiunt̃ ſed non agunt vt vapulo pendeo algeo langueo ⁊ huiuſmodi.

Nex necis ꝓprie mors quę ferro fit aut alia vi. Unde neci datus dicit̃ qui interfectus eſt. Feſtus tamẽ neci datũ intelligit qui ſine vulnere interfect⁹ eſt. Unde Auſo. Sera venenato potu abſtulit annibalem nex: Siſen. Quoniã neq̃ mea nex neq̃ interceſſio poſſe videt̃ illorũ de mente reprimere audaciã. Cice. Inſidiatori vero ⁊ latroni quę poteſt afferri iniuſta nex: Amb. lib. de paradiſo. Nẽpe diabolo auctore neces vident̃ iuſtis hoibus p̃parari.

Nexo as. et is. xui. xum. ſm Priſcianũ frequentatiuũ eſt a necto. Virg. lib. v. Nexantẽ nodis ſeq̃ in ſua membra plicantem.

Nexus a. um. participiũ. Virg. lib. v. Uincula linea rupit q̃s innexa pedẽ malo pẽdebat ab alto. Nexus us. vel nexus xi. in obligatione dicit̃. Cice. Curioni. Cui⁹ qñ ꝓpriũ te eſſe ſcribis mancipio ⁊ nexo. Idẽ pro murena. Q. ſi in repetundis quę mancipi ſunt is periculũ iudici p̃ſtare debet qui ſe nexu obligabit. Nã vt teſtis eſt Liuius: mos erat romę vt qui ſoluẽdo nõ fuiſſent addicebãt̃ feneratori cui ſeruirẽt quoad debitũ p̃ſoluerẽt. Et hi nexi appellabant̃ ducebanturq̃ in ergaſtula ad ſoluendũ. Uar. Nexi ſũt liberi qui operas ſuas in ſeruitute pro pecunia quã debebant domino p̃ſtabant.

Nexilis et hoc nexile penul. cor. quod nectitur: ſicut textile qđ texitur. Lucil. Nexilis ante fuit veſtis qua texile tegmen.

N Ante I

Ni pro niſi ſubiunctiuo iũgitur. Eſt eñi a niſi per apocopẽ factum. Qñq̃ etiã indicatiuo vt ni fallor. Ubi ſciendum eſt: ꝙ ni niſi et pręterq̃ ſemper repetunt eoſdem caſus qui pręceſſerũt: vt quid eſt animal niſi corpus cũ aia concretũ: Quid aliud queris q̃ voluptatẽ: nulli placet p̃terq̃ mihi. Pręter vero ſemper exigit actm̃: vt nulli places p̃ter me. Ponit̃ interdũ ni pro ne. Virg. Ni teneãt curſus. Plau. Ni ſtulta ſis. Niſi in principio ſententię indicatiuũ deſiderat alias etiã ſubiũctiuũ: vt vapulabis niſi caues vel caueas. Eſt autẽ cõpoſitũ niſi: ex non ⁊ ſi: et ſignificat ſi non: vel p̃terq̃. Eſt. n. cõiunctio exceptiua: licet qñq̃ ꝓ cõtinuatiua vſurpetur.

Nice: gręce latine victoria dicitur: vnde Nicephorus victorioſus q̃ſi ferens victoriã.

Nicander: nomen ꝓprium: quaſi victor vir.

Nicanor penul. pro. oris genitiuũ facit pe. cor. nomen propriũ: quaſi victor.

Nicator: victorioſus quo cognominatus eſt ſeleucus qui vt Apianus inquit in bello in ſyriacis ſemper inuictus extitit.

Nicolaus: nomẽ ꝓpriũ quaſi victor populi.

Nicarchus quaſi victor princeps.

Nicomachus pe. cor. victor pugnę. Quo noie dictus fuit pater Ariſtotelis philoſophi.

Nicomedes pe. pro. nomẽ ꝓpriũ regis bithynię romanoꝝ amici qui olim raſo capite ſumpſit pileũ ⁊ ſe romanorũ libertũ vocauit: a quo Nicomedia.

Nicomedia ciuitas bithynię a Nicomede rege qui eã condidit appellata. Multi. n. eodẽ noie ſunt vocati quẽadmodũ ptolomei ꝓpter prioris claritatẽ. In huius ciuitatis villa magnus Cõſtantinus obijt: qui cũ vellet in iordane fluuio baptiçari atq̃ idcirco hieroſolymã peteret morte p̃uentus ab Euſebio nicomedieñ epiſcopo arrhianę perfidie ſectatore baptiçat⁹ eſt. Quę res chriſtiani p̃ncipis fidẽ apud pleroſq̃ in dubiũ vertit. Sed non eſt veriſimile cũ principẽ qui ꝑ omnẽ vitã ſuã arrhiani dogmatis hoſtis fuerat in extremo ſpiritu ei⁹ dementię conſenſiſſe quã ſummo ſtudio de ſuo imperio prius eliminauerat.

Nicopolis: ciuitas epiri: a victoria Auguſti ſic appellata: qua Cleopatram et. M. Antoniũ apud Actiũ prelio ſuperauit.

Nicophanes pe. cor. nomẽ pictorꝭ: quaſi vir illuſtris.

Nicoſtrata: quaſi victorioſa exercitu: Quo nomine dicta Euandri mater.

Niciteria: ſunt premia relata ex victoria vt Torques. Iuue. Et Ceromatico fert niciteria collo νικητηριον eñi premiũ victorię dicit̃ a νικω qđ eſt vinco.

Nicia ⁊ nicea vtroq̃ modo dicit̃ ſm Priſci. Et eſt nomen duaꝝ vrbium: quarũ vna eſt Gallię: alia Aſię et

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN